

mus Vir D. Lollius, quæso ut cum meis ver-  
bis amanter salvere jubeas. Dedi nuper ex-  
emplum Confessionis Tetrapolitanæ, (e) id  
est, Confessionis Argentin. Lindaviens. Con-  
stantiens. Memmingensium, D. Hottoman-  
no. Id Genevam deportatum credo. Si usui  
esse desierit, velim te illud cum tuis libris  
huc advehere. Si modo, ut speramus, ad  
nos, exoptatissimus hospes redieris. Habeo  
hospitem Mollerum (f) Patricium Hambur-  
gens., filium Consulis Eberhardi, Is tui me-  
moriā mirifice reficavit. Bene vale Basī.  
lex 15. Julii 1581.

Vere tui & familiæ Juleæ  
amans J. GRYNÆUS.

## EPISTOLA VII.

S En mittimus tibi, Ornatiss. & amicissime  
S. D. Compater Libros, quos volebas, ma-  
xima

(e) cui adfuerant Theologi Argentoratenses *Capito*,  
*Hedio*, & *Bucerius*, quæ confessio quatuor Civita-  
tum Neostadii 1580. exc. vide *V. L. a Secken-*  
*dorf historia Lutheranismi L. II. Sect. 34. §. 75.*  
& *M Gottl. Wernsdorff* disputatio de confessio-  
ne *Tetrapolitana* Wittenb. 1694.

(f) *Vincentium filium Eberhardi Mollerii Consulis*  
*Hamburgensis*, confer Epist. *Grynei a Sculteto edi-*  
*tas Lib. I. Ep. 40. p. 311.*